

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Acceptio personarum a
cum fontibus proximo et primo

Si hanc distantiam sedendi et standi
ad honores ecclesiasticos referamus,
non est putandum leue esse peccatum in personarum
acceptioe habere fidem Domini glorie.
Quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris ecclesie
contempto paupere instructiore et sanctiore?

Augustinus et est in glossa Iacobi II. super illud: Fratres
mei nolite in personarum acceptioe et cetera.

Tu sede et cetera. Tu sta et cetera. Augustinus.

Si hanc distantiam sedendi et standi
ad honores ecclesiasticos referamus:

non est putandum leue esse peccatum in personarum
acceptioe habere fidem domini glorie.

Quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris ecclesie:
contempto paupere instructiore et sanctiore?

Glossa ordinaria, liber epistolae Iacobi, 2 (Biblia Latina
cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

→ Nec sane, quantum arbitror,
putandum est leue esse peccatum in personarum
acceptioe habere fidem domini Iesu Christi,

si illam distantiam sedendi et standi
ad honores ecclesiasticos referamus.

quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris ecclesiae
contempto paupere instructiore atque sanctiore?

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 167.5.18 (CSEL 44,
A. Goldbacher ed., p.605, ll.10-15).